

nes imprimunt cuti, hunc in modum.
Subulis, cuſpidibus, aut spinis collum,
pectus, genasve ita pungunt, ut rudia
rerum istarum lineamenta effingant:
mox in punctam & cruentam cutem
immittunt atrum è carbone commin-
uto pulverem, qui cum sanguine con-
cretus impressas effigies ita inurit vivæ
carni, ut eas nulla temporis diuturnitas
expungat. Totæ quædam nationes,
ea præfertim quæ a Tabaco nomen
habet, itemque alia quæ Neutra dicitur,
id constanti more ac lege usurpat, nec
finè periculo interdum; maxime si est
tempeſtas frigidior, aut debilior cor-
poris constitutio. Tunc enim dolore
victi, licet eum ne gemitu quidem
ſignificant, linquuntur animo, & ex-
animes aliquando concidunt. Lau-
dant oculos exiles, labra repanda &